

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...

Cicero, Marcus Tullius

Coloniae Agrippinae, 1629

De arvspicvm responsis in senatv

[urn:nbn:de:bsz:31-116557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116557)

ORATIO

sine maxima ignominia rep. meo dedecore, ac dolore non possum. qua propter si dÿs immortalibus, si senatui, si populo R. si cuncta Italia, si provincijs, si exteris nationibus, si vobismetipsis, qui in mea salute principem semper locum auctoritatisq; tenuistis, gratum & iucundum meum reditum intelligetis esse: queso obtestorq; vos, pontifices, ut me, quem auctoritate studio, sententijs restituitis, nunc, quoniam senatus ita vult, manibus quoque vestris in sedibus meis collocetis.



DE ARVSPICVM
RESPONSIS IN
SENATV.

ORATIO XXX.



Esterno die P. C. cum me & vestra dignitas, & frequentia equitum R. quibus senatus dabatur, magnopere commouisset: putavi mihi reprimendam esse P. Clodij impudicam impudentiam, cum publicanorum causam stultissimis interrogationibus impediret, & P. Tullium Syro nauaret operam, atque ei sese cui totus venierat, etiam vobis in spectantibus venditaret. itaque hominem furentem exultantemq; continui simul ac periculum

DE ARVSP. RESPONSIS.

lum iudicij intendi: duobus inceptis verbis omnem
 impetum gladiatoris ferociamque compressi. * at- 2
 tamen ignarus ille, qui consules essent, exanguis
 atque astuans, se è curia repentè prorripuit, cum
 quibusdam fractis iam atque inanibus minis, &
 cum illius Pisoniani temporis Gabinianique terro-
 ribus, quem cum egredientem insequi cepissem,
 cepi equidem fructum maximum & ex consur-
 rectione omnium vestrum, & ex comitatu publi-
 canorum, sed vecors repentè sine suo vultu, sine co-
 lore, sine voce constitit, deinde respexit: & simul
 ac Cn. Lentulum consulem aspexit, concidit in cu-
 ria penè limine, recordatione credo Gabinij sui, de-
 siderioque Pisonis, cuius ego de effrenato & praci-
 piti furore quid dicam? haud potest grauioribus à
 me verbis vulnerari, quam est statim in factio ipso
 à grauißimo viro P. Sernilio confectus, ac trucidatus.
 cuius si etiam vim, & grauitatem illā singu-
 larem ac penè diuinam assequi possem, tamen non
 dubito, quin ea tela, qua coniecerit inimicus, quàm
 ea, qua collega patris emisit, leuiora atque hebe-
 tiora esse videantur. * sed tamen mei facti ratio- 3
 nem exponere illis volo, qui hesterno die dolore me
 elatum, & iracundia longius prope digressum ar-
 bitrabantur, quàm sapientiũ hominis cogitata ratio
 postularet, nihil feci iratus, nihil impotenti a-
 nimo, nihil non diu consideratum, ac multò antè
 meditatũ. ego enim P. C. inimicum me semper
 esse professus sum duobus, qui me, qui temp. cum

M m

de-

ORATIO

defendere deberent, seruare possent, cumque ad
 consulare officium ipsis insignibus illius imperij, ad
 meam salutem non solum auctoritate, sed etiam
 precibus vestris vocarentur, primò reliquerunt, de-
 inde prodiderunt, postremò oppugnarunt, pramissi-
 que nefaria pactiõnis fuditus vnà cum rep. oppres-
 sum extinetumquẽ esse voluerunt: quisque suo ductu
 & imperio, cruero illo atque funesto, supplicia ne-
 que à sociorum manibus prohibere, neque hostium
 viribus inferre potuerunt, excisionem, inflam-
 mationem, euersionem, depopulationem, vastitatem
 eam sua cum prada meum omnibus telis, atque a-
 4 grã intulerunt. * cum his furijs, & facibus: cum
 his, inquam, exitiosis prodigijs, ac penè huius impe-
 rij pestibus, bellum mihi inexpiabile dico esse sus-
 ceptum: neq; id tamẽ ipsum tantum, quantum meum,
 ac meorum, sed tantum quantum vester atq; om-
 nium bonorum dolor postulauit. in Clodium verò nõ
 est hodiè meum maius odium, quàm illo die fuit,
 cum illum ambustum religiosissimis ignibus, cogno-
 ui muliebri ornatu, ex incesto stupro, atq; ex do-
 mo pontificis maximi emissum, tum, inquam, tum
 vidi, ac multò antè prospexi, quanta tempestas ex-
 citaretur: quanta impenderet procella reip. Vie-
 debam, illud scelus, tam importunum, audaciam
 tam immanem, adolescentis furentis, nobilis, vul-
 nerati, non posse arceri ocij finibus: erupturum il-
 lud malum aliquãdo, si impunitum fuisset, ad per-
 niciem ciuitatis. * non multum mihi sanè post ad-
 odsium

E ARVSP

vinacres: nobil ex
 deio/seruitatis
 magis violantibus
 inquam omnes be
 deniq; in me scela
 immortales et
 uno ente ac in me fu
 ne familiaru Catili
 am nunquam è m
 plus, quam stuprem
 flet, nescio emus,
 quid enim hunc pe
 patulo inmi orat
 ptum: qui si senfir,
 dubito, quom firi mi
 det, periculum effi
 tendat * accedit et
 furissimo & clarifim
 to constituta illa leg
 are de sponsam tam
 esse eius opera & dis
 tem, valde est inq
 uer: mihi videtur
 legum; qui illam
 am, oppugnatum, la
 lupado, quasi fati
 tentum ad illam pest
 quidem, fundita
 tur & pass diuino n

DE ARVSP. RESPONSIS.

odium accessit: nihil enim contra me fecit odio mei, sed odio seueritatis, odio dignitatis, odio reip. non me magis violauit, quam senatum, quam equites Rom. quam omnes bonos, quam Italiam cunctam: non denique in me scelerator fuit, quam in ipsos deos immortales. etenim illos eo scelere violauit, quo nemo antea: in me fuit eodem animo, quo etiam eius familiaris Catilina si vicisset, fuisset. itaque eum nunquam è me accusandum putauit, non plus, quam stipitem illum, qui quorum hominum esset, nesciremus, nisi se Ligurem ipse esse diceret. quid enim hunc persequar, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum, & glande corruptum? qui si sensit, quo se scelere deuinxerit: non dubito, quin sit miserrimus: sin autem id non videt, periculum est, ne se stuporis excusatione defendat * accedit etiam, quod expectatione omnium fortissimo & clarissimo viro, T. Antonio deuota & constituta ista hostia esse videtur: cui me praeipere desponsam iam, & destinatam laudem, cum ipse eius opera & dignitatem, & salutem recuperarim, valde est iniquum. etenim ut P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum exitumque Carthaginis, qui illam à multis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactam, penè captam, aliquando, quasi fatili euentu solus euerit: sic T. Annius ad illam pestem comprimendam, extinguendam, funditus delendam natus esse videtur, & quasi diuino munere donatus Reip. solus ille

M m 2

cogno-

ORATIO

cognouit, quemadmodum armatum ciuem, qui la-
pidibus, qui ferro alios fugaret, alios domi conti-
neret: qui urbem totam, qui curiam, qui forum, quib
templa omnia cade, incendijsque terreret. non mo-
7 dō vinci, verū etiam vinciri oporteret. * huic ego
& tali, & ita de me, ac de patria merito viro, nū-
quam mea voluntate praeipiam, eum praesertim
reum, cuius ille inimicitias non solū suscepit pro-
pter salutem meam, verū etiam appetiuit. sed si
etiam nunc illaqueatus iam omnium legum peri-
culis, irretitus odio bonorum omnium, expectatione
supplicij iam non diuturna implicatus, feretur ta-
men hastans, & in me impetum impeditus facere
conabatur: resistam, & aut concedente, aut etiam
adiuuante Milone, eius conatum refutabo: velut he-
sterno die, cum mihi stanti iacens minaretur, voce
tantū attigi legum initium, & iudicij. concidit
ille: conticui: diem dixisset, vt fecerat: fecissem, vt
ei statim tertius à praeore dies diceretur. atq; hoc
sic mediteretur, & cogitet, si contentus sit hys sceleri-
bus, qua commisit, iam se esse consecratū Miloni: si
quod in me telum intorserit, statim me esse arreptū
S antē. P. C. concionē habuit, qua est ad me tota dela-
ta: cuius concionis primū vniuersum argumētum
sententiamq; audite. cum riseritis impudētiam ho-
minis, tum à me de tota concione audietis. De reli-
gionibus sacris, & ceremonijs est concionatus, P.
C. Clodius: P. inquam Clodius, sacra & religio-
nes

DE ARVSP. RESPONSIS.

res negligi, violari, pollui, questus est. non mirum,
 si hoc vobis ridiculum videtur: etiam sua concio ri-
 sit, hominem, quomodo ipse gloriari solet, ducentis
 confixum S. C. quae sunt omnia contra illum pro re-
 ligionibus facta: hominemq; illū, qui pulvinaribus
 Bona dea stuprum intulerit, eaque sacra, qua viri
 oculis, ne imprudentis quidem, aspici fas est, nō so-
 lum aspectu virili, sed flagitio, stuproque violavit:
 in concione de religionibus neglectis conqueri. * i-
 9
 zaque nunc proxima concio eius expectatur de pu-
 dicitia: quid enim interest, utrum ab altaribus re-
 ligiosissimis fugatus, de sacris & religionibus con-
 queratur, an ex sororum cubiculo egressus, pudorē,
 pudicitiamque defendat? responsum aruspicum
 hoc recens de fremitu in concione recitavit: in quo
 cum alijs multis, scriptum etiam illud est, (id quod
 audiistis) loca sacra & religiosa, profana haberi.
 in ea causa esse dixit domum meam à religiosissimo
 sacerdote P. Clodio consecratam. * gaudeo mihi de
 toto hoc ostento, quod haud scio an gravissimum
 multū hīs annis huic ordini nunciatum sit, datam
 non modo iustam, sed etiam necessariam causam
 esse dicendi. reperietis enim ex hoc toto prodigio
 atque responso, nos de istius scelere ac furore, ac de
 impendentibus periculis maximis prope iam voce
 Iouis Opt. Maximi praemoneri, sed primū expiabo
 religionem adium mearū, si id facere verē ac sine
 cuiusquam dubitatione potero. sin scrupulus te-
 nuissimus residere aliquis videbitur, non modo

ORATIO

patienti, sed etiam libenti animo portentis deorum
 11 immortalium religionique parebo. * sed qua tandē
 est in hac vrbe tanta domus ab ista religionis suspi-
 cione tam vacua atq; pura? quanquam vestra do-
 mus P. C. ceterorumque ciuium multo maxima ex
 parte sunt libera religione: tamen vna mea domus
 iudicij omnibus liberata in hac vrbe sola est. Te
 enim appello, Lentule, & tē, Philippe, ex hoc Aru-
 spicum responso decreuit senatus, vt de locis sacris
 ac religiosis ad hunc ordinem referretis. potestisne
 referre de mea domo? qua, vt dixi, sola in hac vr-
 be in omni religione, omnibus iudicij: liberata est:
 quam primum inimicus ipse in illa tempestate ac
 nocte reip. cum cetera scelera stylo impuro Sex.
 Clodius conscripsisset, ne vna quidem attingit litera
 religionis. deinde eandem domum populus R. cuius
 est summa potestas omnium rerum, comitijs centu-
 12 rarijs, omnium etatum ordinumque suffragijs, eo-
 dem iure esse iussit, quo fuisset. * postea vos P. C.
 non quod dubia res esset, sed vt huic furia si diutius
 in hac vrbe, quam delere cuperet, maneret, vox
 intercederetur, decreuistis. vt de mearum adium
 religione ad pontificum collegium referretur. qua
 tanta religio est, qua in nostris dubitationibus
 atq; in maximis superstitionibus. vnius P. Seruili ac
 M. Luculli responso ac verbo liberemur? de sacris
 publicis, de ludis maximis, de deorum penatiū. Ve-
 st etq; matris ceremonijs, de illo ipso sacrificio, quod
 fit pro salute populi Rom. quod post Romam condita
 huius

DE ARVS

hinc non possit transire
 sed quod tres in
 istam tempore
 hinc sacra sanctum
 esse vnum est. a
 consal. & pontif
 titulum. M. Clodius
 L. Clodius rex
 P. C. Chris. Sex.
 Cornelius. P. Allio
 uores. consilia co
 na frequentia ac
 ram ciuicium afflu
 ne s liberasset.
 14. quorum eadem
 rla de re, se de
 cam frequens inleg
 curra disquisitione
 uerita est enim
 dem potestatem hab
 ta, vel ab tuo pontif
 litem in iudicio capi
 non sic reperitur. fr
 ne opium vnum de
 pfero die frequen
 gano. Lentule, semi
 Metella est referent
 ces. quorum huius
 huiusque P. C. ante

DE ARVSP. RESPONSIS.

huius vnius casti tutoris religionum, scelere viola-
 tū est, quod tres pōtīfices statuissent, id semper po-
 pulo Rom. semper senatui, semper ipsis dīs immor-
 talibus satis sanctum, satis augustum, satis religio-
 sum esse visum est. At verò meam donum P. Lētū-
 lus consul, & pontifex, P. Servilius M. Lucullus Q.
 Metellus, M. Glabrio, M. Messala, L. Lentulus flamē
 Martialis, P. Galba, Q. Scipio, C. Fannius, M. Lepi-
 dus, L. Claudius rex sacrorū. M. Scaurus, M. Cras-
 sus, C. Curio, Sex. Caesar flamen Quirinalis, Q.
 Cornelius, P. Albinouanus, Q. Terentius, pontifices
 minores, catissa cognita, duobus locis dicta, maxi-
 ma frequentia amplissimorum ac frequentissimo-
 rum ciuium est ante, omni religione, vna mente om-
 nes liberauerūt. * nego, vnquā post sacra constitu-
 ta, quorum eadem est antiquitas, qua ipsius vrbis, 13
 vlla de re, ne de capite quidem virginum Vestaliū,
 tam frequens collegium iudicasse, quanquā ad fa-
 cinoris disquisitionem interest adesse quampluri-
 mos (ita est enim interpretatio illa pontificū, vt ij-
 dem potestatem habeant iudicium: religionis expia-
 tio, vel ab vno pōtīfice perito recte fieri potest: quod
 idem in iudicio capitis durum atq; iniquum est) ita-
 men sic reperietis, frequentiores pōtīfices de mea do-
 mo, quam vnquā de ceremonijs virginū, iud. casse.
 postero die frequentissimu: senatus, de consule desi-
 gnato, Lentule, senietia principe, P. Lentulo & Q.
 Metello cōs. referentibus statuit, cum omnes pōtīfi-
 ces, qui erant huius ordinis, adessent, cūq; alij, qui
 honorib. pop. R. antecederant, multa de collegij iu-
 dicio

34 dicio verba fecissent, omnesq; ydem scribēdo ad es-
sent, domum meam iudicio pontificum religione li-
beratam videri. * De hoc igitur loco sacro potissi-
mum videntur aruspices dicere, qui locus solus ex
priuatis locis omnib. hoc præcipue iuris habet, vt ab
ipsis, qui sacris præsumt, sacer non esse iudicatus sit?
verū referte, quod ex S. C. facere debetis, aut vobis
cognitio dabitur, qui primi de hac domo semētiam
dixistis, & eam religione omni liberastis: aut sena-
tus ipse iudicabit, qui vno illo solo antistite sacro-
rum dissentiente, frequentissimus ante iudicauit:
aut id quod certè fiet, ad pontificis rei iatur, quo-
rum auctoritate, fidei, prudentia maiores nostri sa-
cra, religione, & priuatas & publicas commēda-
rūt. quid ergo hi possunt aliud iudicare, ac iudica-
uerunt? multa sunt domus in hac vrbe P. C. atque
haud scio, an penè cunctis iure optimo, sed tamen
iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iu-
re mancipij, iure nexi, nego esse vllam domū aliam
aquè priuato iure atque optima lege, publico verò
omni præcipuo & humano & diuino iure munitā.

35 * qua primū edificatur ex auctoritate senatus
pecunia publica: deinde contra vim nefariā huius
gladiatoris tot S. C. munita, atq; septa est. primū,
negotium ysdem magistratibus est datum anno su-
periore, vt curarē, vt sine vi mihi edificare liceret,
quibus in maximis periculis vniuersa resp. commē-
dari solet: deinde cum ille saxis, & ignibus, & ferro
vastitatem meū adibus intulisset, decreuit sena-
tus, eos, qui id fecissent, lege de vi, qua est in eos, qui
vni-

DE ARVSP. RESPONSIS,

vniuersam remp. oppugnasset, teneri. vobis verò re-
 ferribus: o post hominum memoriam fortissimi at-
 que optimi consules. decreuit idem senatus frequē-
 tissimus: qui meam domum violasset, contra temp. 16
 esse facturum. * nego vllò de opere publico, de moni-
 mento, de templo tot senatus extare consulta, quot
 de mea domo: quare senatus vnam post hanc urbē
 constitutam ex arario adificandam, à pontificibus
 liberandam, à magistratibus defendendam, à iudi-
 cibus muniendam putaret. P. Valerio pro maximis
 in temp. beneficijs data domus est in villa publica:
 at mihi in Palatio restituta. ille locus, at mihi et-
 iam parietes atq. testum: illi, quam ipse priuato
 iure iueretur, mihi, quàm publicè magistratus om-
 nes defenderent. qua quidem ego si aut per me, aut
 ab alijs haberem, non predicarem apud vos, ne ni-
 mis gloriari viderer. sed cùm sint mihi data à
 vobis, cùm ea attententur eius lingua, cuius antea
 manu euersa vos mihi & liberis meis manibus ve-
 stris reddidistis: non ego de meis, sed de vestris factis
 loquor: nec vereor, ne hac mea vestrorū beneficio-
 rum predicatio non grata potius, quàm arrogā: vi-
 deatur. * quanquam si me tantis laboribus pro cō- 17
 muni salute persunctū efferret aliquando ad gloriā
 in refutandis maledictis improborū hominū animi
 quidam dolor, quis nō ignoscere et vidi enim besterno
 die quēdā murmurantē: quē aiebant negare, ferre
 me posse, quia, cum ab hoc eodē impurissimo parricida
 rogarer, cuius esse ciuitatis, respondi me, probantibus
 & vobis, & equibus R. eius esse, quac carere

ORATIO

me non potuisse. Ille, ut opinor, ingemuit. quid igitur responderet? (quaro ex eo ipso, qui me non ferre potest) me ciuem esse Romanum? litterate respondissem: an tacuisssem? desertum negotium, potest quisquam vir in rebus magnis cum inuidia versatus, satis grauitate contra inimici contumeliã, sine sua laude responderet? at ipse non modò respondet, quicquid potest, cum est lacepsitus: sed etiam gaudet, se ab amicis, quid respondeat, admoneri. * Sed quoniam mea causa expedita est, videamus nunc, quid aruspices dicant: ego enim fateor, me, & magnitudine ostenti, & grauitate responsi, & vna atque constanti aruspicum voce vehementer esse commotum. neque is sum, qui si cui fortè videor plus quam ceteri, qui atque atque ego sunt occupati, versari in studio litterarum, his delecter, aut utar omnino literis, que nostros animos deterrent atque auocant à religione. ego verò primùm habeo auctores ac magistros religionum solendarum maiores nostros, quorum mihi tanta fuisse sapientia videtur, ut satis superque prudentes sint, qui illorum prudentiã, non dicam assequi, si de quantis fuerit, perspicere possint: qui statas solemeque ceremonias pontificatu: rerum bene gerendarum auctoritates, augurio: fatorum veteres prædictiones Apollinis, vatum librum: portentorum explanationes, Etruscorum disciplina contineri putarunt, qua quidem tanta est, ut nostra memoria, primùm Italici belli funesta illa principia, post Syllani, Cinnanique temporis extremum penè discrimen, cum hanc recentem urbem inflammandam, delendam,

im-

DEARVSP.

per orationem
 comit. * de
 liberos super
 dicitur inuener
 equam dicitur
 in, ut ea ma
 dicitur videat
 ante cum suffe
 ea que tanta
 vlla ordinem
 fieri potest
 intelligat eoru
 esse natum &
 licet, P. C. iust
 H. spatio, nec
 nec artium Graec
 terra demofico
 atur, sed pietate
 quid deorum
 gubernatio, per
 superacrum.
 quæ talia, adhibe
 ego Latiniens
 vna aruspices:
 mortalibus, ut
 discipulorum: nos
 autem in ego præ
 quibus reuoluit
 quæque videntur

DE ARVSP. RESPONSIS.

imperij coniurationem, nō obscure vobis paulō ante
 prädixerint. * deinde etiam cognoui multa homi- 19
 nes doctissimos sapientissimosq; & dixisse, & scrip-
 ta de deorum immortalium numine reliquisse: qua
 quanquam diuinitus per scripta video, tamen eius-
 modi sunt, vt ea maiores nostri docuisse, illos, nō ab
 illis didicisse videantur. etenim quis est tam vecors,
 qui aut cū susceperit in cœlū, deos esse non senti-
 at: & ea quæ tanta mente fiunt, vt vix quisquam
 arte vlla ordinem rerū ac vicissitudinem persequi
 possit, feri putet? aut, cū deos esse intellexerit,
 non intelligat eorum numine hoc tantum imperi-
 um esse natum & auctum, & retentū? quàm volu-
 mus, licet, P. C. ipsi nos amemus: tamē nec numero
 Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos,
 nec artibus Græcos, nec deniq; hoc ipso huius gentis
 ac terra, domestico natiūoque sensu Italos ipsos ac
 Latinos, sed pietate, ac religione: atq; hac vna sapi-
 entia, quod deorum immortalium numine omnia
 regi gubernariq; perspeximus, omnes gentes natio-
 nesq; superauimus. * Quare, ne plura de re minimē 20
 loquar dubia, adhibete animos & mentes vestras,
 nō solum aures, ad aruspiciū vocē admoete. Quod
 in agro Latiniensi auditus est strepitus cū fremitu,
 mitto aruspices: mitto illam veterem, ab ipsis dijs
 immortalibus, vt hominū fama est, Etruria datā
 disciplinam: nos nonne aruspices esse possumus? Ex-
 auditus in agro propinquo & suburbano est strepitus
 quidam reconditus & horribilis fremitus armorū.
 Quis est ex gigantibus illis, quos poëta ferūt bellans
 dijs

ORATIO

dīs immortalibus intulisse, tā impius, qui hoc rōne
 nouo tantoq; motu non magnū aliquid deos popu-
 lo Rom. pramonstrare, & pracinere fateatur: de ea
 re scriptū est, postulationes decretas esse Ioui, Sa-
 21 turno, Nepruno, Telluri, dīs cælestibus. * audio, quib-
 bus dīs violatis expiatio debeatur: sed, hominum,
 qua ob delicta, quero. Ludos minus diligēter factos,
 pollutosq; quos ludosq; te appello, Lētule (tui sacer-
 dotij sunt tensoria, curricula, pracentio, ludi, libatio-
 nes, epulag, ludorum publicorum) vosq; pontifices,
 ad quos epulones Iouis Optimi Max. si quid est præ-
 termisum aut commissum, afferunt, quorum de
 sententia illa eadem renouata atq; instaurata ce-
 lebrātur: qui sunt ludi minus diligēter facti: quā-
 to, aut quo scelere polluit? respondebis & pro te, &
 pro collegiis tuis, & pro pontificum collegio, nihil cui-
 usquam aut negligentia contempnum, aut scelere
 esse pollutum: omnia solennia ac iusta ludorū, om-
 nibus rebus obseruatis summa cum ceremonia esse
 22 seruata. * quos igitur auspices ludos minus dili-
 genter factos, pollutosq; esse dicunt? eos, quorū ipsi
 dī immortales, atq; illa Mater dea, te, te, Cn. Lē-
 tule, cuius ab ausa manibus esset accepta, spectato-
 re esse voluit. quod ni tu Megalesia illo die spectare
 voluisses, haud scio an viuere nobis, atq; his de reb-
 iam queri liceret. vis enim innumerabilis incitata,
 ex omnibus vicis collecta, seruorum, ab hoc adili re-
 ligioso, repenti fornicibus, ostiisq; omnibus, in sce-
 nam, signo dato, immissa erupit. tua tun-
 tua, Cn. Lētule, eadem virtus fuit: qua in priuato
 quor-

ARVSP.

hinc etus praeco-
 phico imperat
 tunc boni sequi
 coram multo et d
 ipso contēto
 peditam turba
 alio confitit, aut
 tur ille patrimo
 aut tenam, aut l
 ut si nūto aliter
 erata expiantur,
 ludorum in dī aur
 ad meum tradit
 empti atq; sullar
 eum, ipi ludos ad
 die: illi sibi peni
 de fremitū uic
 re a quoq; de dīs no
 Matrem magūā
 alem, & ad suam
 equam, accepimus
 ipse fremitūq;
 ip Ba & scelerum
 ipa patefecit. nam
 qui in Palatio nesi
 ipse Matris magne
 libatūq; voluerunt
 zime ubi solennes
 aut populi contēst
 iterum consuli ille m

DE ARVSP. RESPONSIS.

Quondam tuus proauo: te nomen, imperium, vocem,
 aspectum, impetum tuum stās senatus, equitesq, R.
 & omnes boni sequebantur, cum ille seruorum &
 ludorum multitudini senatum populumq, R. vin-
 ctum ipso concessu, & constrictum spectaculi, atq;
 impeditum turba & angustijs tradidisset. * an si ²³
 ludius constitit, aut tibicen repente conticuit, aut
 puer ille patrimus & matrimus si terram rō tenu-
 it, aut tensam, aut lorum omisit, aut si adils verbo,
 aut si nutu aberrauit, ludi sunt non rite facti, eaq;
 errata expiantur, & mentes deorum immortalū
 ludorum inauratione placantur: si ludi à letitia
 ad metum traducti sunt: si non intermissi, sed per-
 empti atq; sublati sunt: si ciuitati vniuersa scelere
 eius, qui ludos ad luctū conferre voluit, extiterunt
 dies illi festi penè funesti: dubitabimus, quos ludos
 ille fremitus nūciet esse pollutos? * ac si volumus ea, ²⁴
 qua quoq; de deo nobis tradita sunt, recordari, hāc
 Matrem magnā, cuius ludi violati polluti, penè ad
 eadem, & ad funus ciuitatis conuersi sunt, hanc,
 inquam, accepimus agros, & nemora cum quodam
 strepitu fremituq; per agrare, hāc igitur vobis, hāc
 Pop. Ro. & scelerum indicia ostendit, & periclorū
 signa patefecit. nam quid ego de illis ludis loquar,
 quos in Palatio nostri maiores ante templum, in
 ipso Matris magna cōspectu, Magalensibus fieri ce-
 lebrariq; voluerunt? qui sunt more insitutiq; ma-
 ximè casti, solennes, religiosi: quibus ludis primū
 ante populi confessum senatus locum P. Africanus
 iterum consul ille maior dedit: vt eos ludos hac lues
 impura

ORATIO.

impura pollueret? quod si quis liber aut spectandi aut
 etiam religionis causa accesserat, manus afferebantur
 quæ seruatorum. ita ludos eos, quorum religio tanta
 est, vt ex vltimis terris accersita in hac vrbe conse-
 derit: qui vni ludi ne verbo quidē appellatur Lati-
 no, vt vocabulo ipso & appetita religio externa, &
 Matris magne nomine suscepta declaretur: hos lu-
 dos serui fecerunt, serui spectauerunt, tota deniq;
 25 hos adile, seruorum Megalesia fuerūt. * pro dij im-
 mortales, qui magis nobiscū loqui poteris, si essetis,
 ver sareminiq; nobiscum? ludos esse pollutos signifi-
 cabatis, ac planè dicitū. quid magis deformatum, in-
 quinatum, peruersum, conturbatum dici potest;
 quàm omne seruitium, permissu magistratus libe-
 ratum, in alteram scenam immisum, alteri propo-
 situm: vt alter confessus potest atq; seruorum obice-
 retur, alter seruorum totus esset? si examen apud lu-
 dis in scenam venisset, aruspices acciēdos ex Etru-
 ria putaremus, videmus vniuersi repente examina
 tanta seruorum immissa in populū Rom. septum
 atq; inclusum, & non commouemur? atq; in apum
 fortasse examine nos ex Etruscorū scriptis aruspi-
 ces, vt à seruitio caueremus, monerēt. * quod igitur
 26 ex aliquo disuncto diuersog, monstro significatum
 caueremus, id cum sibi ipsum monstrū est, & cum
 in eo ipso periculum est, ex quo periculum portē di-
 tur, non pertimescemu? istiusmodi Megalesia fecit
 pater tuus? istiusmodi patrum? Is mihi etiam gene-
 ris sui mentionem facit: cum Athenionis aut Spar-
 taci

DE ARVSP. RESPONSIS.

taci exēplo ludos facere maluerit, quā Caij auſ
 Appj Claudiorū? illi cum ludos facerent, seruos de
 cauea exire iubeant: tu in alteram seruos immi-
 sisti, ex altera liberos eiecisti. itaq; qui antea voce
 praconis à liberis semouebantur, tuis ludis non voce,
 sed manu liberos à se segregabant, ne hoc quidē ti-
 bi in mentem veniebat Sibyllino sacerdoti, hac sa-
 cra maiores nostros ex vestris libris expetisse: si illi
 sunt vestri, quos tu impia mente conquiris, violatis
 oculis legis, contaminatis manibus atrectas. * hac 27
 igitur Vato suadēte quondam, defessa Italia, Puni-
 co bello, atq; Annibale vexata, sacra ista maiores
 nostri, ascita ex Phrygia Roma collocauerunt: quo
 vir is accepit, qui est optimus à pop. Rom. iudicatus
 P. Scipio. femina autem quae matronarum castissi-
 ma putabatur, Q. Claudia: cuius priscam illam se-
 ueritatem sacrificij tua soror mirificè existimatur
 imitata. nihil te igitur neq; maiores tui coniuncti
 cum his religionibus, neque sacerdotium ipsum, quo
 est hac tota religio constituta, neque curulis adili-
 tas, quae maximè hanc tueri religionem solet, per-
 mouit, quò minus castissimos ludos omni flagitio
 pollueres, dedecore maculares, scelere obligares? * 28
 sed quid ego admiror? qui accepta pecunia Pessinū-
 tem ipsum, sedem domiciliumq; matris deorū va-
 staris: & Brigitaro Gallograeco, impuro hominis
 ac nefario: cuius legati te tribuno diuidere in aede
 Castoris tuis operis nummos solebant, totum illum
 locum fanumq; vendideris? sacerdotem ab
 ipsis aris puluinaribusq; detraxeris? omnia illa,
 quae verustas, quae Persa, quae Syri, quae reges omnes,
 qui

ORATIO

qui Europam Asiamq; tenuerunt, semper summa
 religione coluerunt, peruerteris: que denique nostri
 maiores tam sancta duxerunt, vt, cum refert a vr-
 bem at que Italiam fanorum haberemus, tamē no-
 stri imperatores, maximis & periculosisimū bellū
 huic dea vota facerent, eaq; in ipso Pessinunte, ad
 illam ipsam principem aram, & in illo loco, fanosq;
 29 persoluerent. * quod cum Deiotarus religione sua
 castissimē tueretur, quē vnum habemus in orbe ter-
 rarum fidelissimum huic imperio; atq; amantissi-
 mum nostri nominis: Brigitaro, vt antē dixi, addi-
 ctum pecunia tradidisti. atq; hunc tamen Deiotarum,
 sapē a senatu regali nomine dignū existima-
 tum, clarissimorum imperatorum testimonijs or-
 natum, tu etiam regem appellari cū Brigitaro iu-
 bes. sed aliter est rex iudicio senatus per nos, pecu-
 nia Brigitarus per te appellatus. alterū putabo regē,
 si habuerit, vnde tibi soluat, quod ei per syngraphā
 credidisti. nam cum multa regia sunt in Deiotaro,
 tum illa maximē, quod tibi nummum nullum de-
 dit: quod eam partem legi tuae, quae congruebat cū
 iudicio senatus, vt ipse rex esset, nō repudiavit: quod
 Pessinuntē per scelus a te violatum, & sacerdote
 sacrūq; spoliatum, recuperavit, vt in pristina reli-
 gione seruaret, quod ceremonias ab omni vetustate
 acceptas, a Brigitaro pollui non sinis, mauultq; ge-
 nerum suum munere tuo, quā illud fanum anti-
 30 quitate religionis, carere. * sed vt ad haec aruspiciū
 responsa redeā, ex quibus est primum de ludis: quis
 est qui id non totum in istius ludos praeclitum, &
 respon-

DE ARVSP. RESPONSIS.

responsū esse fateatur? Sequitur de locis sacris, religioſis. ō impudentiā miram, de mea domo dicere audes? committe vel cōſulibus, vel ſenatui, vel collegio pontificum tuam, ac mea quidem his tribus omnibus iudicijs, vt dixi antea, liberata eſt, ac in ijs adibus, quas tu, Q. Seio equite R. viro optimo per te apertiffimē interfecto, tenes, ſacellū dico fuiſſe, & aras. tabulu hoc cenſorū, memoria multorum firmabo ac docebo. agatur modo hac res * q̄ ex eo, S. 3^r

C. quod nuper factū, referri ad vos neceſſe eſt, habeo, qua de locis religioſis velim dicere. cū de domo tua dixero in qua tamē ita eſt inadiſicātū ſacellū, vt alius fecerit, tibi tantummodo ſit demoliendum: tum videbo, num mihi neceſſe ſit de alijs, etiam aliquid dicere. putāt enim nonnulli ad me pertinere, armamentarium Telluris aperire. nuper id pauiſſe dicunt, & ego recordor. nūc ſanctiſſimam partem, ac ſedem maximē religionis priuato dicūt veſtibus contineri. multa me mouēt, quōd ades Telluris eſt curationis meae: quod ū, qui illud armamentarium ſuſtulit, meā domum pontificum iudicio liberatā, ſecūdum fratrem ſuum iudicatam eſſe dicebat. mouet me etiam in hac caritate annonae, ſterilitate agrorū, inopia frugum, religio Telluris, & eō magis, quōd eodē oſtento Telluri poſtulatō deberi dicitur.

* vetera forte loquimur: quamquam hoc ſi minus ciuili iure praſcriptum eſt, lege tamen natura, communi iure gentiū ſancitū eſt, vt nihil mortales à dijs immortalibus vſu capere poſſint. verūtamen antiqua negligimus: etiamne ea negligimus qua

N ū ſiunt

ORATIO

funt nunc maximè, qua videmus? L. Pisonem quòs
 nescit his ipsis temporib. maximū & sanctissimum
 Diana sacellū in Cœliculo sustulisse? adsunt vicini
 eius loci: multi sunt etiam in hoc ordine, qui sacri-
 ficia gentilitia illo ipso in sacello, statuto loco anni-
 uersaria factitarint. & conquirimus, dī immorta-
 les, qua loca desiderent, quid significent, de quo lo-
 quātur? à Sex. Serrano sanctissima sacella suffossa,
 incensa, inadificata, oppressa, sūma deniq; turpitu-
 dine esse sœdata nescimus? * tu meā domū religio-
 sã facere potuisti? ecqua mēte? qua inuaseras: qua
 manu? qua disturbaras: qua voce? qua incēdi iusse-
 ras: qua lege? qua ne in illa quidem impunitate tua
 scripseras: quo puluinaris? quod stupraras: quo simu-
 lacro? quod ereprū ex meretricis sepulcro in impe-
 ratoris monumento collocaras. quid habet mea do-
 mus religiosi, nisi quod impuri, & sacrilegi parietē
 t̄gunt? itaq; ne quū meorum imprudens introspicere
 possit tuā domū, ac te sacra illa tua facientē vide-
 re, tollā altius relictum, nō vt ego te despiciam, sed tu
 ne aspicias urbem eā, quā delere voluisti. * sed iam
 aruspicum reliqua respōsa videamus. Oratores con-
 tra ius fasq; interfecos, quid est hoc? de Alexādrini
 video esse sermonē: quem ego non refuto: si enim
 sentio, ius legatorum, cūm hominum praesidio mu-
 nitum sit, tum etiam diuino iure esse vallatum. sed
 quero ab illo, qui omnes iudices tribunos è carcere
 in forū effudit, cuius arbitrio sic omnes nunc, atq;
 omnia venena tractantur, qui cum Hermacho Chio
 syngraphas fecit, ecquid sciat vnum acerrimū ad-
 uersarij

DE ARVSP

Herma-
 chio a
 lib
 non me
 qu
 immort
 esse
 in te
 em
 ter te
 nemo
 effe
 in
 magi
 &
 conem
 ex
 Ores
 tid
 hominem
 in ill
 ill
 Salomon
 ad
 v
 operato
 rem
 vni
 am, quā
 ab eo
 ex
 comect
 & me
 ficio, am
 co libe
 r
 occidet
 et. fecer
 e
 men quā
 dē popu
 l
 id nulla
 re poss
 t
 tunc car
 nificas
 p
 t
 uo non
 ad salu
 tem
 vitemus,
 quod se
 qu
 glitum.
 hoc qu
 d
 ppter:
 sed ex
 co
 m iudica
 manser
 epti esse
 nam
 m
 quare
 autem
 quid se
 statuo,
 eme
 iure
 atque
 tamen
 in per
 y pa
 f. non
 vici.
 * Et
 esse
 salu
 m
 sacr

DE ARVSP. RESPONDIS.

uersarium Hermachi Theodosium legatum ad so-
 natum à ciuitate libera missum sic percussunt
 quod non minus, quàm de Alexandriis, indignum
 dñs immortalibus esse visum, certò scio. * nec cõse- 35
 ro nunc in te vnũ omnia, spes maior esset salutis, si
 præter te nemo esset impurus, plures sunt, hoc & tu
 tibi confidis magis, & nos propè iure diffidimus, quis
 Platonem ex Orestide, qua pars Macedonia libera
 est, hominem in illis locis clarum ac nobilem, legatũ
 Thessalonicam ad nostrum (vt seipse appellauit)
 imperatorem venisse nescit? quẽ ille propter pecu-
 niam, quã ab eo extorquere non poterat, in vincu-
 la coniecit, & medicũ intromisit suum, qui legato,
 socio, amico, libero, fœdissimè & crudelissimè, venas
 incidit et, secures suas cruẽtari scelere noluit: no-
 men quidẽ populi R. tanto scelere contaminauit, vt
 id nulla re possit, nisi ipsius supplicio, expiari, quales
 hunc carnifices putamus habere, qui etiam medicũ
 suũ non ad salutem, sed ad necem vratur? * sed 36
 recitemus, quod sequitur. Fidem & iusiurandum
 neglectum, hoc quid sit, per se ipsum non facile in-
 terpretor: sed ex eo, quod sequitur, suspicor de tuo-
 rum iudicũ manifesto periurio dici: quibus olim
 erepti essent nummi, nisi à senatu presidium postu-
 lassent, quare autem de his dici suspicor, hac causa
 est, quod sic statuo, & illud in hac ciuitate esse ma-
 ximè illustre atque insigne periurium, & te ipsum
 tamen in periury pœnam ab ñs, quibuscũ coniu-
 rati, non vocari. * Et video in aruspiciũ responsis hac 37
 esse subiuncta: Sacrificia vetusta, occultaq; minus

N n 2 dili-

ORATIO

diligenter facta pollutatq. aruspices hac loquuntur,
 an patrij penatesq. dñ? multi enim sunt credo, in
 quos huius maleficij suspicio cadat, quis prater hunc
 vnnum? obscure dicitur, quæ sacra polluta sint? quid
 planius, quid grauius, quid religiosius dici potest? Ve-
 rusta occultiq. nego vlla verba Lentulum, grauem
 oratorem ac disertum, sapius, cum te accusaret, y-
 surpasse, quàm hac, quæ nunc ex Etruscis libris in te
 conuersa atq. interpretata dicuntur. etenim quod
 sacrificiũ tam vetustum est, quàm hoc, quod à re-
 gibus aequale huic vrbi accepimus? quod autẽ tam
 occultum, quàm id, quod non solum curiosos oculos
 excludit, sed etiam errãtes, quò non modo improbi-
 tas, sed ne imprudẽtia quidem possit intrare? quod
 quidẽ sacrificiũ nemo ante P. Clodiũ omni memo-
 ria violauit, nemo vnquã adijt, nemo neglexit, ne-
 mo vir aspicere nõ horruit: quod fit per virgines Ve-
 stales, fit pro populo R. fit, in ea domo quæ est in im-
 perio, fit incredibili ceremonia, fit ei dea, cui ne no-
 mẽ quidẽ viros scire fas est: quàm iste iccirco Bonã
 dicit, quod in tanto sibi scelere ignouit, non igno-
 uit, mihi crede, non nisi fortẽ tibi ignotum putas,
 quod te indices dimiserunt excussum & exhaustũ,
 suo iudicio absolutum, omnium condemnatum: aut
 quod oculos, vt opinio illius religionis est, non perdi-
 38 disti.* quis enim ante sacra te illa vir sciens viderat,
 vt quisquã penam, quæ sequeretur illud scelus,
 scire posset? an tibi luminis obesset cæcitas plus,
 quàm libidinis? ne id quidem sentis, cõnuentes illos
 oculos ab aui tui magis optandos fuisse, quàm hos
 flagran-

DE ARVSP. RESPONSIS.

flagrantes sororū? tibi verò si diligenter attenderis
 intelliges hominum pœnas deesse adhuc, non deo-
 rum. homines te in re scœdisima defenderunt: ho-
 mines turpissimū nocentissimumq̄, laudarunt: ho-
 mines propter pecuniam iudicio liberauerunt: ho-
 minibus iniuria tui stupri illata in ipsos, dolori non
 fuit: homines tibi arma, alij in me, alij post in illum
 iniuctum ciuem dederūt: hominum beneficia pror-
 sus concedo tibi: ac maiora non esse quærenda. * à 39
 djs quidem immortalibus, quæ potest homini maior
 esse pœna furore, atque dementia? nisi fortè, in tra-
 gædjs quos vulnere ac dolore corporis cruciari, ac
 consumi vides, grauiores deorum immortalium
 iras subire, quàm illos, qui furentes inducuntur,
 putas: non sunt illi eiulatus, & gemitus Philoctetæ
 tam miseri, (quanquam sunt acerbi) quàm illa
 exultatio Atbamantis, & quam somnium ma-
 trucidarum. tu, cum furiales in concionibus voces
 mittis, cum domos ciuium euertis, cum lapidibus
 optimos viros foro pellis, cum ardentes faces in
 vicinorum tecta iactas, cum ades sacras inflam-
 mas, cum seruos concitas, cum sacra ludosq̄, con-
 turbas, cum vxorem sororemq̄, non discernis, cum
 quod in eas cubile, non sentis, cum baccharis, cum
 furis, tum das eas pœnas, quæ sunt sola hominum
 sceleri à djs immortalibus constituta. nam corpo-
 ris quidem nostri infirmitas multos subit casus, per
 se denique ipsum corpus tenuissima sæpè de causa
 conficitur: deorum tela in impiorum mentibus fi-

N n 2

gun-

ORATIO

40 gantur. quare inferior es, cum in omnem fraudem
 aperis oculos, quam si omnino oculos non haberes. *
 sed quonia de iis omnibus, qua aruspices commissa
 esse dicunt, satis est dictum, videamus, quid idem
 aruspices a dijs iam immortalibus dicant moneri.
 Monent, ne per optimatum discordiam dissensio-
 nemque, patribus principibusque cedes pericula-
 que creentur, auxilioque diminuti deficiantur:
 quare ad vnum imperium provincia redeant, exer-
 citusque pulsus, diminutioque accedat. aruspicum
 verba sunt hac omnia: nihil addo de meo. qui igitur
 hanc optimatum discordiam molitur: idem iste:
 nec vlla vi ingenij, aut consilij sui, sed quodam
 errore nostro, quem quidem ille, quod obscurus
 non erat, facile perspexit. hoc enim etiam turpi-
 us afflictaur resp. quod ne ab eo quidem vexatur,
 ut, tanquam fortis in pugna vir, acceptis a forti
 aduersario vuneribus aduersis & honestis, caderet
 videatur. * Ti Gracchus conuellit statum ciuita-
 tis, qua grauitate vir? qua eloquentia? qua digni-
 tate? nihil ut a patris auig, Africam prestabili in-
 signique virtute, praterquam quod a senatu desci-
 uerat, deflexisset. secutus est C. Gracchus, quo in-
 genio? quanta vie quanta grauitate dicendi? ut do-
 lerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad
 meliorem mentem, voluntatemque esse conuersa.
 ipse L. Saturninus fuit effrenatus, & penes de-
 mens, ut auctor esset egregius, & ad animos impe-
 ritorum excitandos inflammandosque perfectus.

MARVSP. B
 meo de P. Sulpio
 ingratum, tanta
 scripta, vel, ut p
 non bene sentent
 dicitur, & pro salu
 ut omnino illis, qu
 tum: sed habebat e
 quatem. * hic ver
 anac dico pro di
 itiquid affert, ut tan
 men obruant, a vir
 post patri morte, p
 certatum locuplet
 ut impetantia exp
 tatis stupu volu
 vincia se ac vi mil
 contramelia perpe
 iuraturum, satian
 uitate per negand
 teri aduentu suo a
 fieri faceret: a Catil
 ipse prauiari et
 iam contulit: in op
 nia conscripti op
 nia scelerum pa
 tale vt redigi, quaj
 veremque capere
 homo populari fra
 idemque in clemen

11471

DE ARVSP. RESPONSIS.

nam quid ego de P. Sulpitio loquar? cuius tanta in dicendo grauitas, tanta iucunditas, tanta vbertas fuit, vt posset, vel, vt prudentes errarēt, vel, vt boni minus benè sentirent, perficere dicendo. cum his conflicari, & pro salute patriae quotidie dimicare, erat omnino illis, qui tum temp. gubernabant, molestum: sed habebat ea molestia quandam tamen dignitatem. * hic verò, de quo ego ipse tam mul-
 ta nunc dico, prò dī immortales, quid est? quid va-
 let? quid affert, vt tanta ciuitas, sicadet, (quod dī omen obruant) à viro tamē confecta videatur? qui, post patriae mortē, primam illam et aulam suā ad scurrarum locuplerum libidines detulit: quorum intemperantia expleta, in domesticis est germanitatis stuprū volutatus: deinde iam robustus, prouincia se ac rei militari dedit, atque ibi piratarū contumelias perpeffus, etiam Cilicum libidines, barbarorumq. satiauit: post exercitu L. Luculli sollicitato, per nefandum scelus fugit illinc, Romaeque recēti aduentu suo cum propinquis suis decidit, ne reos faceret: à Catilina pecuniam accepit, vt turpissimè praearicaretur. inde cū Murana se in Galliam contulit: in qua prouincia mortuorum testamenta conscripsit, pupillos necauit, nefarias cum multis scelerum pactiones societatesque conflauit: vnde vt redijt, quastum illum maximè secundum vberemque cāpestrem totum, ad se ita rededit, vt homo popularis fraudaret improbissimè populum: idemque vir clemens diuisores omnium tribuum

ORATIO

43 domi ipse sua crudelissima morte mactaret. * exorta est illa reip. sacris religionibus, auctoritati vestra, iudicij publicis, funesta quaestura: in qua idem iste deos hominesque, pudore, pudicitiam, senatus auctoritatem, ius, fas, leges, iudicia violauit. atque hic ei gradus (o misera tempora, stultasque nostras discordias) P. Clodio gradus ad reip. hic primus fuit, hic primus aditus ad popularem factionem, atque ascensus. nam Ti. Graccho inuidia Numantini foederu, cui feriendo, quaestor C. Mancini consulis cum esset, interfuerat, & in eo foedere improbando, senatus seueritas dolori & timori fuit, istaque res illum fortem & clarum virum, a grauitate patrum desistere coegit. C. autem Gracchum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi ad expetendas domestici sanguinis poenas excitauit. Saturninum, quod in annonae caritate quaestorem a sua frumentaria procuratore senatus amouit, eique rei M. Scaurum praefecit, scimus dolore factum esse popularem. Sulpitium ab optima causa profectum, Caioque Iulio consulatum contra a leges petenti resistentem, longius, quam voluit, popularis aura prouexit. * fuit in his omnibus causis, etsi non iusta, (nulla enim potest cuiquam male de rep. meredi iusta esse causa) grauius tamen, & cum aliquo animi & virili dolore coniuncta. P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebrib. soleis, purpureisque fascioli, a strophio, a psalterio, a flagitio, a stupro est factus repente popularis. nisi eum mulieres

DE ARVSP.

rei extrinsecum ita
n, quocum adire f
necesse esset; p
utali careret, hanc
bia, de quibus
aj: immortalius ad
ne patrii, cui
t. * quid anno am
ri etiam tunc senat
niam dicente ex
mente resisterat, i
quo ipso tunc mo
ne permutatum el
ret, obstitit at quod
latus vir, qui illu
rati, id u eij ad effici
de vna inimicij
nitore se diceret,
isset pariter, emec
op, petita est aut or
uerum ordinem, con
eleneque ciuitatis
laur, rem in me co
nua illa flamma illo
reque, & pro patria
stem ignibus circue
bilis & fumantem
soluta, sed etiam
pauis loq; putab

DE ARVSP. RESPONSIS,

hieres exornatum ita deprehendissent, nisi ex eo loco, quo eum adire fas non erat, ancillarum beneficio emissus esset; populari homine populus respicue tali careret, hanc ob amentiam in discordijs nostris, de quibus ipsis his prodigijs recentibus à dijs immortalibus admonemur, arreptus est vnus ex patricijs, cui tribuno pleb. fieri non liceret. * quòd anno antè frater Metellus, & con- 45
cors etiam tum senatus principi Cn. Pompeio sententiam dicenti excusserat, acerrimeque vna voce à mente resisterat, id post disidium optimatum, de quo ipso nunc monemur, ita perturbatum, itaque permutatum est, vt, quòd frater, consul ne fieret, obstiterat, quòd & affinis & sodalis, & clarissimus vir, qui illum reum non laudarat, excluserat, id is cõsul efficeret in discordijs principum, qui illi vnus inimicissimus esse debuerat, & eo fecisse auctore se diceret, cuius auctoritatis neminem posset pœnitere. iniecta est fax foeda, ac luctuosa reip. petita est auctoritas vestra, grauitas amplissimorum ordinum, consensio bonorum omnium, totus denique ciuitatis status: hæc enim certè petebantur, cum in me cognitorem harum omnium rerum, illa flamma illorum temporum conijciebatur. excepi, & pro patria solus exarsi, sic tamen, vt vos hysdem ignibus circumsepti, me primum ictum pro vobis & fumantem videretis. non sedabantur discordia, sed etiam crescebat in eos odium, à quibus nos defensi putabamur. * ecce hysdem auctori- 46

N n 5 bus,

ORATIO

bus, Pompeio Principe qui cupientem Italiam, po-
 pulum R. desiderantem, flagitantes vos non aucto-
 ritate sua solum, sed etiam precibus ad meam sa-
 lutem excitavit, restituri sumus. sit discordiarum
 finis aliquando: à diuturnis dissensionibus conqui-
 escamus: non finit eadem ista labor, eas habet con-
 ciones: ea miscet, ac turbat, ut se modo his, modo
 vendat illi, nec tamen, ita ut se quisquam, si ab
 isto laudatus sit, laudatorem putet, sed ut eos,
 quos non amant, ab eodē gaudeant vituperari. atq;
 ego hunc non miror: quid enim faciat aliud? illos,
 homines sapientissimos gravissimosq; miror, primū,
 quod quenquam clarum hominem, atque optimē
 de rep. sapē meritum, impurissimi voce hominū vio-
 lari facile patiuntur: deinde, quod existimant per-
 diti hominū profligatiq; maledictū posse, id quod
 minimē conducit ipsi, cuiusquam gloriam dignita-
 tēque violari: postremō, quod non sentiunt id, quod
 tamen mihi iam suspicari videntur, illius furentes,
 ac violentos impetus in se ipsos posse converteri.* at-
 que ex hac à me nonnullorum alienatione, & quo-
 rundam occultis odijs harent etiam tela in rep. qua
 quando hārebant in vno me, graviter equidem,
 sed aliquanto lenius ferebam. an iste, nisi primō se
 dedisset vjs, quorum animos à vestra auctoritate
 seiunctos esse arbitratur: nisi eos in celum suis
 laudibus praeclarus auctor extolleret: nisi exercitū
 C. Caesaris, in quo fellebat multos, sed eum nemo
 redarguebat, nisi eum, inquam, exercitum signis in-
 fectū

DE ARV

Ipsi in curiam se
 Ipsi aditorem
 Ipsi clamarent
 am, in quo vno me
 vnde in me, ta se
 Ipsi? idem postea
 emergere aucto-
 ritatu, remissis
 videt, vobis se imp-
 tam, leges in his
 cōtionibus discre-
 illa lex, qua voc-
 casus ammentia
 vnum M. Nihil
 ferente, de car-
 seruisse discerit
 ta essent, pectore
 bant, ferentem in-
 de me opinio mor-
 rovi ignari longē
 auctor em, ut pra-
 rum, in vobis co-
 tam vero est tra-
 mestri belli ext-
 illum etiam. tu
 viderem afflige-
 scelerata & per-
 bena, tum illi,
 quam sicut clam-
 nātes, punitis

DE ARVSP. RESPONSIS.

festus in curiam se immissurū minaretur: nisi Cn.
 Pompeio adiutore, M. Crasso auctore, quæ faciebat,
 facere clamaret: nisi consules causā coniunxissent:
 cum, in quo vno non mentiebasur, confirmaret: tā
 crudelis mei, tā sceleratus reip. vexator esse potu-
 isse? idem postea quā respirare vos à metu cadū, 48
 emergere auctoritatem vestrā, è fluctibus illi ser-
 nitutis, renuisere memoriam ac desiderium mei
 vidit, vobis se cæpit subito fallacissimè venditare.
 tum, leges Iulias contra auspicia latas, & hic, & in
 cōcionibus dicere: in quibus legibus inerat curiata
 illa lex, quæ totum eius tribunatū continebat, quā
 cæcus amentia non videbat: producebat fortissimū
 virum M. Bibulum: quærebat ex eo: C. Casare leges
 ferente, de cælo semperne seruasset? semper se ille
 seruasse dicebat. Augures interrogabat: quæ ita la-
 ta essent, rectène lata essent: illi vitio lata esse dice-
 bant, ferebant in oculis hominē quidā boni viri, &
 de me oprime meriti, sed illius, vt ego arbitror fu-
 roris ignari longius processit: in ipsū Cn. Pompeiū
 auctorem, vt predicare est solitus, consiliorum suo-
 rum, inuehi cæpit. inibat gratiam à nonnullis,
 * tum verò est ratus se posse, quoniam togatum do- 49
 mestici belli extinctorem nefario scelere, fœdasset,
 illum etiam, illum externorum bellorum, hostiūq;
 victorem affigere. tum est illa in templo Castoris
 scelerata & penè delatrix huius imperij sica depre-
 bensa, tum ille, cui nulla hostium diutius vrbs vn-
 quam fuit clausa, qui omnes angustias, omnes alti-
 tudines, omnium obiecta sola semper vi & virtute
 perfre-

ORATIO

perfregit, obfessus ipse est domi, meq; nonnulla im-
 peritorum vituperatione timiditatis mea, consilio,
 & facto suo liberavit. nam si Cn. Pompeio, viro vni
 omnium fortissimo, quicūq; nati sunt, miserrimum
 magis fuit, quam turpe, quandiu illo trib. pleb. fuit,
 lucem nō aspicere, carere publico, minas eius perfer-
 re: cū in concionib diceret, velle se in Carinis ad-
 ficare alteram porticum, quā palatio responderet:
 certē mihi exire domo mea ad priuatum dolorem
 30 fuit luctuosum, ad rationem reip. gloriosum. & vi-
 detis igitur, hominē per se ipsum iam pridem affli-
 ctum ac iacetem, perniciosi optimatum discordijs
 excitari. cuius initia furoris dissensionibus eorum,
 qui tū à vobis seiuncti videbantur, sustentata sunt.
 reliqua iam precipitantis tribunatus, etiam post
 tribunatum obrectatores eorum, atque aduersarij
 defenderūt, ne à rep. reip. pestis remoueretur. resi-
 terunt etiā, ne causam diceret: etiam, ne priuatus
 esset. etiamne in sinu, atque in delicijs quidam opti-
 mi viri viperam illam venenatam, ac pestiferam
 habere poterunt? quo tandem decepti munere? volo,
 inquit, esse, qui in cōcione detrahat de Pompeio.
 detrahat ille vituperādo: velim, sic hoc vir summus,
 atque optimē de mea salute meritis accipiat, vt à
 me dicitur: dicā quidē certē, quod sentio. mihi me-
 dius fidius tum de illius amplissima dignitate detra-
 31 here, cū maximis laudibus efferebat, videbatur. &
 vtrum tandem C. Marius splendidior, cū eum C.
 Glauca laudabat, an cū eundē iratus postea vi-
 tuperabat? an ille demens, & iam pridem ad pœnā
 existi-

DE ARV...
 Etiam, prope...
 Pompeio...
 fam in tot tantisq;
 nōquā eius m...
 plasi etiam suo pe...
 teret: nūc enim ad...
 vir, quibus se ante...
 om. h. red. tunc p...
 iam liberat in op...
 ego alia optimam...
 depri. pœnē t. ma...
 Clauca, neque qu...
 consilijs; desig...
 nita, quā ad geru...
 vites, repulsi, q...
 rati & macta & v...
 necis salus d...

DE ARVSP. RESPONSIS.

exitiumq; praeceptis, sedior atq; inquinatior in Cn.
 Pompeio accusando, quā in vniuerso senatu vitu-
 perando fuit: quod quidem miror, cum alterum gra-
 tum sit iratis, alterū esse tām bonis ciuib; non acerbū.
 sed ne id viros optimos diutius delectet, legāt banc
 eius concionem, de qua loquor, in qua Pompeium
 etnat, an potius deformat? certe laudat. & vnum
 esse in hac ciuitate dignum huius imperij gloria di-
 cit, & significat se illi amicissimum esse & reconci-
 liationem esse gratia factam. * quod ego quanquā 52
 quid sit, nescio: tamē hoc statuo, hunc, si amicus esset
 Pompeio, laudaturum illum nō fuisse. quid enim, si
 illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem mi-
 nuendam facere potuisset? videant q̄, qui illum Cn.
 Pompeio inimicum esse gaudebant, ob eamq; caus-
 sam in tot tantūq; sceleribus conuiebat, & non-
 nunquam eius indomitos, atque effrenatos furores
 plausu etiam suo persequebantur, quam secitō in-
 uerterit: nūc enim iam laudat illum: in eos inuehi-
 tur, quibus se antea venditabat. quid existimatis
 eum, si reditus ei gratia patuerit, esse facturum, qui
 tam libenter in opinionem gratia irreptat? * quas 53
 ego alias optimatiū discordias à dīs immortalibus
 desiriri patem? nam hoc quidem verbo neque P.
 Clodius, neque quisquam de gregalibus eius, aut de
 consiliarijs designatur. habēt Etrusci libri certa no-
 mina, qua in id genus ciuium cadere possunt. dete-
 riores, repulsos, (quos iā auditiū) hos appellāt, quo-
 rum & mentes & res sunt perdita, longeq; à com-
 muni saluēe disiuicta. quare cum dī immortales

ORATIO

moment de optimatum discordijs, de clarissimorū,
 & optimè meritorum ciuū dissensione predicūt.
 cū principibus periculum cademq; portendunt: in
 tuto collocant Clodium, qui tantum abest à princi-
 94 pibus, quantum à parijs, quantum à religiosis. * vobis
 o clarissimi, atque optimi ciues, & vestra saluti cō-
 sulendum, & prospiciendum vident. cades principū
 ostenditur: id, quod interitum optimatū sequi ne-
 cesse est, adiungitur: etiā, ne in vniū imperium res
 decidat, admonemur. ad quē metū si deorum mo-
 nitus non duceremur, tamen ipsi nostro sensu, cōie-
 cturāq; rapere: neq; enim vllus alius discordia-
 rū solet esse exitus inter claros & potentes viros,
 nisi aut vniuersus interitus, aut victoris dominatus,
 aut regnum. dissensit cum Mario, clarissimo ciue,
 consul nobilissimus, & fortissimus, L. Sylla: horum
 vterq; ita cecidit victus: vt victor idē regnauerit.
 cū Octauio collega Cinna dissensit: virisq; horum
 secunda fortuna regnū est largita, aduersa mor-
 tem. idem iterum Sylla superauit: tum sine dubio
 habuit regalem potestatem, quanquā temp. recu-
 95 perauit. * inest hoc tempore haud obscurum odiū,
 atq; id instum penitus, & iniustum animis hominū
 amplissimorū: dissident principes: captatur occasio:
 qui non tantum opibus valent, nescio quam fortu-
 nā tamen, ac tempus expectant: qui sine controuer-
 sia plus possunt, hi fortasse nonnunquam consilia ac
 sententias inimicorum suorum extimescunt. tolla-
 tur hac è ciuitate discordia: iā omnes isti, qui por-
 tendūtur, metus extinguentur: iā ista serpens, qua

in hi delitescit, et
 illa, compressa atque
 plera, ne occidit
 vultura, quam
 nequissimam edici op
 iuglandi aratum,
 natu daps: tantam
 forem ciuitatu in m
 gant: vntre patu
 fupri, formi, pleni
 nēfissima temerit
 iheretia conuione h
 mediatū est: men
 lo nefario tētat
 viā audiendi con
 illud, ne deterior
 pulso videamus
 sed tamen in eum ca
 rem conuicū mortali
 mus, concedendū e
 opinor, h; qui aliq
 bus, non sunt asse
 vntim ciuibus, at q
 pulsi sūt h; pper ad
 vera, cōtra leges q
 rōne Languentis m
 in tribales, vrbani,
 angentur, monem
 cit: sed tamē horu
 sū aduentu sua q

DE ARVSP. RESPONSIS.

rum hic delitescit, tū se emergit, & fertur buc, & illuc, compressa atque illisa morietur. monent enim eodem, ne occultis consilijs resp. ladataur. qua sunt occultiora, quam eius, qui ausus in cōcione est dicere, iustitiam edici oportere, iurisdictionē intermissi, claudi arariam, iudicia tolli? nisi fortē existimatis hanc tantam colluisionem illi, tantāq. euerisionem ciuitatis in mentem subitō in rostrū, nec cogitanti venire potuisse. est quidem ille plenus vini, stupri, somni, pleniusque inconsideratissima ac demētissima temeritatis: veruntamen nocturnus vigilijs: etiā coitione hominū iustitiū illud conceptū ac meditatū est. memērote, patres conscripti, verbo illo nefario tētatas aures vestras, & perniciosam viā audiendi consuetudine esse munitā. * Sequitur illud, ne deterioribus repulsiq. honos augeatur, repulsos videamus: nā deteriores qui sint, post docebo. sed tamē in eum cadere hoc verbū maximē, qui sit vnus omnīū mortaliū sine vlla dubitatione deterimus, concedendū est. qui sunt igitur repulsi? non, vt opinor, ij, qui aliquando honorē vitio ciuitatū, non suo, non sunt assecuti: nam id quidem multis sapē optimi ciuibus, atque honestissimū viris accidit, repulsi sūt ij, quos ad omnia progredientes, quos munerā, cōtra leges gladiatoria parantes, quos aperitissimē languentes nō solum alieni, sed etiā sui, vicini, tribules, urbani, rustici repulerunt. hi ne honore augeantur, monemur. debet esse gratū, quod pradicūt: sed tamē huic malo populus R. ipse nullo aruspiciū admonitu sua sponte prospexit. * Deteriores ca- 57 uete,

ORATIO

Cauete, quorum quidē magna est natio, sed tamēn
 eorum omnium hic dux est, atque princeps. ete-
 nim si vnum hominem deterrimum poeta praestan-
 ti aliquis ingenio factis conquisitis vitijs deforma-
 tum vellet inducere, nullū profectō dedecus reperire
 posset, quod in hoc non inesset, multaq; in eo penitus
 defixa, atq; haerentia praeeriret. parentibus, & dīs
 immortalibus, & patria nos primū natura concii-
 liat. eodem enim tēpore & suscipimur in lucē, &
 hoc caelesti spiritu augemur, & certam in sedē ci-
 uitatis, ac libertatis adscribimur. iste parētum no-
 men, sacra, memoriam, gentem Fonteciano nomine
 obruit: deorū ignes, solennes mensas, abditos ac pe-
 netrales focos, occulta, & moribus non inuisa so-
 lum, sed etiam inaudita sacra, inexpiabili scelere
 peruertit: idemq; earū tēplum inflammauit deorū,
 58 quarum ope etiam alijs incēdīs subuenitur. * quid
 de patria loquar? qui primū eum ciuē vi, ferro,
 periculū, vrbe, omnibus patria praesidijs depulit, quē
 vos patria conseruatorē esse sapissimē iudicauerat:
 deinde euerso senatus, vt ego sēper dixi, comite,
 duce, vt ille dicebat: senatum ipsum, principē salu-
 tis, mentiūq; publica, vi, cade, incendijsq; peruertit:
 sustulit duas leges, Aeliā, & Fufiam, maximē reip.
 salutare: censuram extinxit, intermissionē remo-
 uit: auspicijs deleuit, cōsules, sceleris sui socios era-
 rio, prouincijs, exercitu armauit: reges qui erāt, vē-
 didit: qui non erant, appellauit: Cn. Pompeiū vi, ferro,
 domum compulit: imperatorum monumenta e-
 uertit, inimicorum domos disturbauit, vestris mo-
 nimen-

DE ARVS

inueni nomen sum
 et, quae ab illo
 quibus crines, quae
 nerat et, quae
 uis, et, quae
 in suis edidit
 tam castris, quae
 in qua natus
 in a omnibus, quae
 nepos: tam libere
 tibus voluit
 in poeta fugend
 to exhibere
 tiorum Brigian
 eminentibus can
 quibus istū vultu
 famandem
 inducto respicit
 turatorem vix h
 ius, vi, magna
 numeris coherent
 uas & valeat, vt
 inuisi cium fer
 solum quae
 vnt: aut oras p
 istud sustulit
 nentis à paucis: bo
 ordines expeditus
 vris iustis opponit
 reit, quae hunc

DE ARVSP. RESPONſIS.

inuentis nomen suum inſcripſit. infinita ſunt ſce-
 lera, qua ab illo in patriã ſunt edita. * quid, qua in 59
 ſingulos ciues, quos necauit? ſocios, quos diripuit?
 imperatõres, quos prodidit? exercitus, quos tetrauit?
 quid verò, ea, quanta ſunt, qua in ſeipſum ſclera;
 qua in ſuos edidit? quis minus vnquam pepercit ho-
 ſtium caſtris, quam ille omnibus corporis ſui parti-
 bus? qua nauis vnquam in flumine publico tam vul-
 gata omnibus, quam iſtius etas fuit? quis vnquam
 nepos tam liberè eſt cum ſortis, quam hic cū ſoro-
 ribus volutatus? quam deniq; iã immanè Charyb-
 din poëtis fingendo exprimere potuerunt, qua tan-
 tos exhaurire gurgites poſſet, quantas iſte Byzan-
 tiorum Brigitorumq; prædas exorbuit? aut iam
 eminentibus canibus Scyllam, tamq; ieiunis, quam
 quibus iſtū videtis Gellys, Clodys, Titys roſtra ip-
 ſa mandentem? * quare id; quod extremū eſt in a- 09
 ruſſicum reſponſis, prouidete, ne reip. ſtatus cõmu-
 tetur: etenim vix hæc, ſi vndique fulciamus, iã la-
 beſacta, vix, inquam, innixi in omnium noſtrum
 humeris coherebunt. fuit quõdam ita firma hæc ci-
 uitas & valens, vt negligentiam ſenatus, vel etiã
 iniurias ciuium ferre poſſet: iam nõ pot eſt, ararium
 nullum eſt, ve cõtigalibus non fruuntur, qui redeme-
 runt: auctorias principum cecidit: conſenſus ordinũ
 eſt diuulſus: iudicia perierũt: ſuffragia diſtricta re-
 nentur à paucis: bonorum animus ad nutum noſtri
 ordinis expeditus iam nõ erit: ciuem qui ſe pro pa-
 tria ſalute opponat inuidia, fruſtra poſt hæc requi-
 retis. * quare hunc ſtatum, qui nunc eſt, qualiſcunq; 61
 eſt,

ORATIO

est, nulla alia re, nisi concordia retinere possimus. nam ut meliore simus loco, ne optandum quidem est illo impunito: deteriore autem statu ut simus, vnus est inferior gradus, aut interitus, aut seruitutis. quod ne trudemur, dii immo tales nos admonent, quoniam iam propterea humana consilia ceciderunt. Atque ego hanc orationem P.C. tam tristem, tam grauem non suscepissim, non, inquam, nisi hanc personam, & has partes honoribus populi Roman. vestri plurimis ornamentis mihi tribuis deberem, & possem sustinere. sed tamen facile tacentibus ceteris reticuisse: sed hac oratio omnis fuit non auctoritatis mea, sed publica religionis. mea fuerunt verba, fortasse plura, sententia quidem omnes aspiciam ad quos aut referri nunciata ostenta non conuenit, aut eorum responsis commoveri necesse est. * quod si cetera magis peraugata nos sepe & leuora mouerunt: vox ipsa deorum immortalium non mentes omnium permouebit? nolite enim id putare accidere posse, quod in fabulis sepe videtis fieri, ut deus aliquis delapsus de caelo caeteris hominum adeat, versetur in terris, cum hominibus colloquatur. cogitare genus sonitus eius, quem Latinienses nunciarunt: recordamini illud etiam, quod nondum est relatum, quod eodem ferè tempore factus in agro Piceno Picentia nunciatur terramotus horribilis, cum quibusdam multo metuendis quae rebus: hac eadem profecto, quae futura perspicimus, impendentia pertimescetis. * etenim haec deorum immortalium vox, hac pene oratio iudicanda est, um ipse mundus, cum

agri

DE ARVS

agri terramotus
 infesto aliquid
 quod constituta
 et obseruato, quem
 et sunt preces apud
 ostendunt: nostra
 itaque placande.

PRO C

ORA



officium mihi salu
 memoriam suffra
 rem meos partim
 calationi esse salu
 esse in iudicio Co
 alutrix: doleba
 tunc salus ob e
 quod in mea salu
 praesidi, gustadi
 deos cōspectus &
 si meam: cum m

DE ARVSP. RESPONSIS.

agri terramotu quodam nouo contremiscunt, & inuisitato aliquid sono incredibile pradicunt, in quo constituenda nobis quidem sunt procurationes, & obsecratio, quemadmodum monemur, sed faciles sunt preces apud eos, qui vltro nobis viam salutis ostendunt: nostra nobis sunt inter nos ira, discordiaque placanda.



PRO CN. PLANCIO

ORATIO XXXI.



Vm propter egregiam & singularem Cn. Placii, iudices, in mea salute custodienda fide, tam multos & bonos viros eius honori videri esse fautores, capiebam animo non mediocrem voluptatem: quod, cuius officium mihi saluti fuisset, ei meorum temporum memoriam suffragari videbam. cum autem audirem meos partim inimicos, partim inuidos huic accusationi esse fautores, eandemque rem aduersariam esse in iudicio Cn. Plancio, quam in petitione fuisset adiutrix: dolebam, iudices, & acerbè ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua beneuolentia, praesidio, custodiaque, rexisset. nunc autem vester, iudices conspectus & consessus iste reficit & recreat mentem meam: cum intueor, & contempletur vnumquemque